



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Conuersionis S. Pauli festo Paraphrasis in Lectionem Actuum Apostol. Cap.
IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Inferio qualis in quouis opere habenda.

Jumus multum placere Deo, in omni opere ralem habere intentionem, ut scilicet non faciamus ad euadendam poenam, sicut faciunt ferui, qui timore dominum, nec solum ad merendum pramium, sicut mercenarij qui pro mercede laborant, sed solum ad placendum Deo: quia scilicet si vult, facimus, si non vult, non facimus. Et hoc est filiorum verorum, ut scilicet, quod si etiam non esset damnatio & poena, nec retributio, nihilo minus ad placendum Deo facerent bene. Quod nobis concedat Dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

IN FESTO CONVERSIONIS B. PAULI APOSTOLI, Lectio Actuum Apostolorum, cap. IX.

Galat.

1. Corin. 15.
2. Cor. 12.

1. in synago-
gis.

Saulus autem adhuc spirans minarum, & cecidit in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epistulas in Damascum ad synagogas: ut si quos inuenisset huius via viros aut mulieres, vinculos perduceret in Hierusalem. Et quum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de calo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge & ingredere civitatem, & dicetur tibi quid te oportet facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, aperti que oculis nihil videbat. Admanus autem illum irabentes introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non viciens, & non manducavit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait: Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum, Surge & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quere in domo Iude Saulum nomine, Tharsensem, ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus ut visum recipiat) Respondit autem Ananias: Domine, audiam a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem a principibus sacerdotum, alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus, Vado, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel, ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiit in domum, & imponens ei manus dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas & implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamae, & visum recepit, & surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Factus autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, predicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nonne hic est, qui expugnabat in Hier.

in Hierusalem eos, qui innocabant nomen istud, & huc ad hoc venit, ut vinclos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudeos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

QVAM ineffabilis sit misericordia DEI erga mortaliū genus si vquam alibi, in hac præcipuè lectione plene aduertiri potest. O quam bene, quam verè, quam perite dixit Propheza: *Iudiciatua abyssu multa.* Et hic idem Apostolus, de quo iam lectio recitata est, *O altitudo ditiarum, inquit, sapientia & scientia Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius.* Quis vnquam credidisset hominem vsque adeo feruorum, imo & membrorum Christi sanguinem scientem, atque illius crudeliter fundendi causa exterar quoque regiones cum autoritate petentem, tam subito, tam præter solitum, tam excellenter ad tantam gratiam peruenturum fuisse? O verè bonus es tu Domine, & natura tua non nisi merissima & benignissima bonitas est. Ideo benefacis & gratificaris etiam indignis, præuenis immeritos, reuocas auersos, blandiris odientibus te, & hostes tuos summa beneuolentia, & omni pietate prosequeris. Venite omnes, qui amantissimo Patre vestro Deo Optimo Maximo relicto, vitijs totos vos deditis, & iam spem omnem resurgendi penè abiicistis. Aspicite in signè diuinæ miserationis exemplum, auribus cordis & corporis haurite historiam verè iucundam & saluarem quæ vobis licet desperatis animum possit addere vt respiretis, ac respiscatis, itemquè modum ostendere, vt resurgere debeat. Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini. Toto pectore inexpiabile conceperat odium Saulus in discipulos Domini, ideoquè non nisi iram & minas spirabat. Et licet necdum grandi admodum ætate esset, tamen iam tum maximo feruebat zelo paternæ legis etiam supra multos coætaneos suos, vt ipse de se Galatis scribit: Quo incitatus zelo non contentus erat Hierosolymis intolerabilem exercuisse inhumanitatem ac crudelitatem in fideles, sed etiam procul ad extera loca ire insituebat, vt scilicet Christianum dogma penitus deleteret. Interim ardebat & furebar, & velur indignatione ebrius, nihil nisi Christianorum internationem meditabatur. Et vt maiori esset suffultus autoritate, accessit ad principem sacerdotum, non quidem vocatus, sed ipse vitro se ingerens. Ergo sanè ipse erat de illorum numero, de quibus Dominus Iesus prædixerat: *Venit hora, vt omnis qui interfuit vos, ardeat, obsequium se præstare DEO.* Et de quibus ipse Paulus ait: *Zelum Romanorum Dei habent, sed non secundum scientiam.* Quam bene, quam rectè se moueri putabat, nec tamen propterea non erat impius, & blasphemus, & persecutor vitra modum, quibus nominibus ipse se appellat. Nemo igitur nimium sibi præfidat, quantumuis bono zelo duci se putet. Multis modis humanum iudicium falli potest: atque ideo nihil tutius, quam non alium sapere, sed timere. Petijt autem Saulus Epistolam à Pontifice in Damascum ad synagogas, vt si quos inueniret huius

VI
22

psal. 37.
Rom. 11.

Galat. 1.

Ioan. 16.

hincur obsequium se præstare DEO.

Zelum Romanorum

Dei habent, sed non secundum scientiam.

Quam bene, quam rectè se

moueri putabat, nec tamen propterea non erat impius, & blasphemus, & persecutor vitra modum, quibus nominibus ipse se appellat.

Nemo igitur nimium sibi præfidat, quantumuis bono zelo duci se putet.

Multis modis humanum iudicium falli potest: atque ideo nihil tutius, quam non alium sapere, sed timere.

Petijt autem Saulus Epistolam à Pontifice in Damascum ad synagogas, vt si quos inueniret huius

bb 4 viz

vix viros ac mulieres, id est, si quos deprehendisset credere in Christum, victos perduceret in Hierusalem, vbi in eos seuerius animaduertereur. Et hæc quidem mens atque voluntas Sauli erit: iamque ibat & fremebat, & tanquam culex vnus aduersus elephantem sese armabat. Sed quid nititur humana temeritas, & miserandæ potius, quam formidandæ carnis infirmitas, aduersus maiestatem, veri & summi Dei? Et quum iter faceret, lætus & securus, contigit vt appropinquaret Damasco. Eo vsque sustinuit eum patientia Dei. Sed prope est vt superbia tumentis animi diuina virtute prematur. Et subito circumfulsit eum lux de cælo, quam viderunt comites timoris illius, vt alibi dicitur ab ipso Paulo, & cadens in terram, vel vi cælesti prostratus, vel ipse vltro se humi abiciens, audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Verè deprehensus es Saule. Adhuc nemet contra Deum spiritus tuus? Quid iam facturus aut dicturus es. O homo tu quis es qui resistis Deo? Saule, Saule, quid me persequeris? Vide erga electos charitatem Dei. Nihil in sua persona patiebatur Christus, & tamen dicit se à Saulo persecutionem pati. Vsque adeo sibi fieri iudicabat, quod membris eius infligebatur. Et quid mirum si tantopere diligebat eos, quorum in se naturam receperat, & pro quibus redimendis sanguinem fuderat? Quod vtinam attenderent fabricatores hæresum, aut qui alios suis, vel verbis, vel scriptis, vel perniciosis exemplis trahunt in vitia. Tales enim reuera Christum dirissimè persequuntur, & quamuis noceant illis quos percutiunt, sibiipsis tamen nocent grauissimè. Nam quot per eos seducti fuerint, tot ipsi pœnis & tormentis subiacebunt. Sed hæc stulti & miseri non curant, quamdiu presentis licet vitæ prosperitate perfrui: at vbi ad extrema ventum erit, tum demum scient quid egerint. Et dixit Saulus: Quis es Domine? Merito dicitur eum lux circumfulsisse, non intus illustrasse. Nondum enim cognouit eum, cuius audiebat vocem. Et Dominus: Ego sum, inquit, Iesus Nazareus, quem tu persequeris. Verè tremenda vox, si Dominus vult potius, quam clementiam in Saulum exercere voluisset. At quia sciebat Saulum non obstinata animi malitia, sed ignorantia peccare, cum his verbis ad sui cognitionem perducere voluit, vt cognito illo quem ignorans persequeretur in membris eius, tanto deinceps esset ad eum cæteris annunciantium feruentior ac studiosior, quanto erga se maiorem illius esset expertus benignitatem. Durum est, inquit, tibi contra stimulum calcitrare. Si quid nocere potest stimulo tua quamuis importuna calcitratio, etiam mihi resistere poteris. Si autem nulla est virtus hominis contra Deum agnosce Saluatorem tuum, ne si illi pertinaciter resistere volueris, deterius pereas. Et tremens corpore, ac stupens animo, dixit: Domine, quid me vis facere? O mutatio dexteræ excessi. Quam facile efficacissima sancti Spiritus gratia ex pessimis optimos potest efficere. Vno eodemque ferè momento Saulus & summam animo impietatem meditabatur, & perfectissimè ad Christum conuersus est. Domine, inquit, quid me vis facere? Errant sicut oues quæ perijt, sed iam paratum cor meum Deus ad agendum quicquid volles, paratum etiam cor meum ad perferenda omnia. Tantum indica seruo tuo voluntatem tuam. Nihil recuso, nihil excipio: tantum dic quid me vis facere. Hæc est perfectæ conuersionis, & integræ obedientiæ forma. Quis

Act. 22.

Bernardus.

Iob 19.

Christus vti
in suis mem-
bris patia-
tur.Heretici qui-
ram Christū
persequuntur.

Psal. 76.

Psal. 118.
Psal. 56.
& 107.

Conuersionis.

quis ita conuertitur, is facillè peccatorum omnium veniam obtinet. Talis conuersio his deploratis ac egelidis temporibus rara nimis est. Ait autem Dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Cur non per seipsum Dominus eum docuit, quod tamen nullo negotio potuisset? Vt saluberrimo exemplo institueremur, neminem subterfugere debere, quo minus ab homine discat ea quæ salutis sunt: atque etiam vt intelligeremus, non per seipsum tantum, sed & per homines docere nos Christum voluntatem suam: vbi maximè refelluntur hæretici, qui nihil quicquam momenti habere volunt, quod non ipsis canonica scripturæ libris expresse contineatur, quæ est reuera insignis tum imperitia, tum stoliditas, ac impudentia. Viri autem qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, non Christi, sed ipsius Pauli, quemadmodum idem ipse affirmat Apostolus alibi: Stupebant enim cuiusnam diceret Paulus: Quis es Domine, & Quid me vis facere? cum tamen neminem viderent. Surrexit autem Saulus de terra. Iam prostratus erat impius persecutor, & surrexit optimus prædicator: apertisque oculis nihil videbat. Nimia enim lucis illius claritas aciem oculorum eius penitus destrinxerat. Sed multo felicius Paulus excæcatur vt postea melius videat, quam olim protoparentum nostrorum oculi aperti fuere. Hi enim cum ante bene viderent, postea malè videre ceperunt, interioribus oculis occæcatis: Paulus verò corporeo visu aliquamdiu priuatus oculis cordis optimè videre cepit. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Ita erat viribus ex nimio terrore & præsentia Dei destitutus, vt non posset nisi alieno fultus auxilio ingredi. Et erat tribus diebus non videns, & non manducans neque bibens. O quam felix erat isthæc cæcitas. Non videbat oculis carnis lucem hanc corpoream, quam etiam animantes rationis expertes conspiciunt: sed reuelata facie & simplici mentis oculo Dei gloriam contemplabatur. Creditur enim hoc triduo raptus vsque in tertium cælum, & Deum per essentiam vidisse audisseque arcana verba, quæ non licet homini loqui. Erat autem quidem discipulus Damasci nomine Ananias, ex Iudæo fidelis effectus & apud Iudæos celebris opinionis, vt habetur in Actis Apostolorum. Et dixit ad illum in visu Dominus: Anania. Nominis appellatio, magnæ familiaritatis indicium est. Et ille ait: Ecce ego Domine: iube quicquid visum erit: præsto sum, vt imperio tuo morem geram. Sic Samuellem puerum docuit senex Heli Domino per visionem eum vocanti, dicere: *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* Et Dominus ad illum. Surge, vade in vicum qui vocatur, Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensem, sic dictum à Tharso Ciliciæ, vnde traxerat originem. Ecce enim orat. Iam à Christo intimis precibus gratiam mendicat, exemplum præbens omnibus qui se à peccatis ad iustitiam conuertunt, vt diuini auxilij implerent opem, quo possint in bono persistere, quod maximè necessarium est recens conuersis, qui vt plurimum ob peccandi consuetudinem & naturam vitij corruptam facillè in peccata recidunt, nisi cælestis gratiæ adminiculo fulciantur. Et vidit, visione imaginaria ex Christi reuelatione virum, Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus, vt visum recipiat. Ante enim quam Ananias venisset ad Paulum, iam illius aduentum & quic-

nis vox forma quæ sit.

Christum docere suam voluntatem per homines.

Astor. 22.

Gregor.

Gene. 2.

Quo tempore diuus Paulus raptus fuit in tertium cælum. 2. Cor. 12. Asto. 22.

1. Reg. 3.

Asto. 9. 22.

quid acturus esset Paulus præiicit. Respondit autem Ananias: Domine auctori à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierosolymis. Ecce quam celebrem fecerat Paulum persecutionis immanitas. Et hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis mihi est iste. Sic ipse Apostolus ait in magna domo vasa alia apta esse in honorem quæ sunt vasa electionis, alia in contumeliam. Dicitur autem vas electionis, vt intelligas singularis cuiusdam gratiæ prærogatiua electum Paulum, in quo vt prius delictum, ita postmodum omnis gratia abundauit. Vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Præclarè hoc impleuit Apostolus, ita vt ob gentium multarum conuersionem, Magister & doctor gentium rectissime dicatur. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Iam raptus erat in tertium cælum, & miris perfructus delicijs paradisi, & hic multa illi perferenda denunciantur. Quod quidem non est negligenter prætereundum. Paucissimi ad magnam pertingunt gratiam absque magnis præcedentibus vexationibus, pugnis, certaminibus, impugnationibus dæmonum, carnis & mundi. Quibus ærem talis præstatur gratia sine huiusmodi præparamentis, illi plerumque postea duros experiuntur labores & dolores, ne ex concessa gratia subrigantur animis & superbia intumescant. Hoc de seipso manifestissime Apostolus affirmat, vbi ait: *Et ne magnitudo reuelationum extollat me datum est mihi stimulus carnis meæ angelus Satana, qui me colaphizat.* Porro si qui nec ante, nec post gratiæ præferim magnæ perceptionem molestis tentationibus aut vexationibus fatigantur, illi vel ob hoc ipsum merito de se exiliter ac tenuiter sentire & possunt & debent, quod etiamnum nimis infirmi sint, atque eam ob rem non auit Deus permittere, vt acriter impugnentur, ne penitus deficiant & ruant in profundum vitiorum. Multos enim Deus non sinit molestis vexari tentationibus, sed semper dulcedinis suæ lacte fouet ac nutrit, & gratia sensibili atque internis consolationibus afficit, non quod magna sint sanctitate & perfectione præditi, sed quod bene nouit eos, si aliter ipsis eueniret, haudquaquam in bono diu perseueraturos. Et abiit Ananias, & introiit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videret oculis externis, & implearis Spiritu sancto, tinctus aquis salutaribus baptismi. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Vbi sic ait Beda venerabilis: Serpentis corpus squamis regitur. Iudæi serpentes sunt & genimina viperarum, quorum perfidiam Saulus secutus, quasi pelle serpentis oculos cordis texerat: sed cadentibus squamis sub manu Ananiæ, monstratur in facie, quod lumen recepit in mente. Squamæ autem istas dicunt quidam fuisse maculas albas & duras instar squamarum, quibus piscium corpora teguntur, quas Saulus ex lucis apparentis timore contraxerat. Et surgens baptizatus est, totusque secundum veterem hominem consepultus Christo in baptismo, nouumque indutus hominem in iustitia & sanctitate veritatis. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Iam vehementer corpus illius confectum & exhaustum erat illa visionibus internis, & triduo ieiunio. Itaque cibo sumpto, recreatus est.

2. Timoth. 2.

Vas electionis eorum dicitur fuerit Paulus Apostolus.

1. Tim. 2.
2. Cor. 12.

Ad magnam homines preparari gratiæ per magnas aduersitates & vexationes.

2. Corin. 12.

Quosnam Deus non sinit vexari molestis tentationibus.

Beda. Iudæi cordi sui sunt serpentes.

Squamæ in oculis Apostoli quid fuerunt.

Ephes. 5.

Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo, statim post baptismum ingressus in synagogas predicabat Iesum, cuius nomen usque adeo paulo ante persecutus erat, quoniam hic est Filius Dei, non adoptivus, sed consubstantialis & eiusdem cum Patre naturæ. Nota hic quam non erubuerit Paulus id quod perperam prius asseruerat nunc publicè recantare, malueritque aliquam sustinere verecundiam ob sententiæ mutationem, quam veritatem agnitam vel impugnare, vel non ad omnium notitiam perducere. Quod utinam imitari voluissent quidam tum superiorum tum nostrorum quoque temporum viri seculari sapientia tumidi, qui perniciosissimis scriptis suis multa in orbem Christianum mala se inuexisse non erant nescij, & tamen admoniti ab alijs pertinaciter suos errores tueri quam humiliter corrigere maluerunt: quos tamen mundus hodie usque in cælum euehit, licet omnibus verè pijs imò & ipsi Deo Opt. Max. omni stercore peus fordeant. Stupebant autem omnes qui audiebant & dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen istud Domini Iesu? Et huc ad hoc venit, ut vincitos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis conualecebat, vulgi atque hominum sermonibus & iudicijs contemptis, ut ei placeret, cuius ineffabilem erat consecutus misericordiam: & confundebar a peritissimis & certissimis scripturæ testimonijs Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam Iesus Nazarenus Hierosolymis crucifixus, est Christus promissus patribus, mundi Saluator, per cuius mortem immeritam à merita damnatione redimendum esset totum genus humanum. Hoc exemplo armati quotquot ex Dei gratia vitam suam in melius mutare institunt, discant hominum ludibria & iudicia floccipendere, imò quo se senserint magis retrahi & impugnari ab huius mundi sectatoribus, eo conualecant magis, & perseuerent fortiter usque in finem ob honorem & amorem Saluatoris sui, qui pro ipsis sanguinem suum fundere & crucis ignominiam perferre dignatus est confusione contempta.

Vitam in melius conuersi quid agere debeant.

Hebr. 12.

EXEGESIS EVANGELII IN EODEM FESTO
Matthæi XIX.

Evangeliū huius diei licet verbis breue sit, sed cælesti consolatione refertum est, qua possint haud mediocriter exhilarari corda eorum qui præsentis vitæ bona siue facultates & quicquid, id est, quod homini quo minus Christo perfectè adhæreat, possit esse impedimento, contemnant & abijciunt, ut Christum expeditius sequantur, qui tantam propter nos rerum omnium penuriam amplexus est, ut non haberet, ubi caput suum reclinaret. Et si quis bene perpendat videbit huius Euangelij dictis permotos eos qui primi Domino crediderunt, ut omni proprietate reiecta, in commune sua omnia distribuèrent, vel facerent omnibus communia: quod tamen postea apud populum Christianum abiit in desuetudinem, tamen constanter in hanc usque diem seruatur in cunctis bene reformatis monasterijs, utpote in quibus nulli quicquam licet habere proprij, sed bona quæ habent æquabiliter in vsus omnium distribuuntur, quantum

Matth. 1.
Luca 9.

Actor. 4.

cc 2 cuius

cuiusque necessitas, & monasticæ vitæ ratio exigat. Et quia beatissimus Christi Apostolus Paulus ad eorum pertinebat numerum, qui sua omnia reliquerant, & Christum secuti erant, commodè satis hac die Euangelium istud legitur, vbi Petrus ex persona omnium Apostolorum ita dicit ad Christum:

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis?

Quibus in verbis id primum cuiquam mirum videri possit, quod Petrus alioqui reuera pauper se reliquisse omnia tam liberè proficitur. Sed vt diximus non in sua duntaxat, sed etiam cæterorum persona Apostolorum hæc protulit. Constat autem inter Apostolos quosdam fuisse diuites, vt Matthæum, & Bartholomæum, qui iure dicere poterant se cuncta reliquisse. Sed & Petrus ipse etsi pauca reliquerat, nihil tamen sibi ex omnibus quæ habuerat fecit reliquum, cum rebus possessis omnem simul habendi & acquirendi spem cupiditatemque deserens, quod est reuera non vulgaris perfectionis, si Christi contemplatione id fiat, non ob mundi hominumque captandam gloriam, aut aliud quiddam à charitate alienum, quibus Philosophi permoti videntur, qui opes suas penitus abiecerunt. A quibus vt Apostolorum cæterorumque Christi fidelium erga contemnendas opes & alia quæ mundi sunt studium discerneretur, adiecit D. Petrus, & ait: Ecce secuti sumus te: id est, non solum tui amore nos rebus cunctis nudauimus, sed etiam vestigia virtutesque tuas atque præcepta sectati sumus. Id Philosophorum genulium nemo vnquam præstitit. Circa hunc locum Diuus Hieronymus ita ait. Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter. Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est, Ecce secuti sumus te. Hæc ille. Nemo putet hunc mundi & rerum omnium contemptum in Apostolis paruipendendum esse. Vocati à Christo, etiam cum nullum adhuc vidissent miraculum, nullam futuræ beatitudinis pollicitationem accepissent, libenter non solum facultates & bona temporalia, sed etiam cognatos omnes reliquerunt. Nos qui tot prouocati exemplis, tot firmati pollicitationibus, tot comminationibus deterriti sumus, neque sic adhuc nisi ægerrimè ab rerum præsentium amore auellimur, & non solum eo adduci non possumus, vt propter Christum & futuram beatitudinem vilia & caduca huius vitæ commoda despiciamus, sed vix paucissimis è nobis persuaderi potest vlla ratione, vt saltem nihil iniquè, nihil præter fas & iustitiam acquiramus, rebus concessis non nimium nec nimis impie abutamur. Felix sanè fuit illa primitiæ Ecclesiæ conditio, quando facultates omnium in commune conferebantur, & paucorum administratione ac procuratione singulis necessaria præbebantur, cæteris interim liberius cælestium contemplationi, orationi, alijsque pijs studijs noctes atque dies vacantibus. Sed quia hodie eo adhortari passim omnes non expedit (non enim ea hominum perfectio est, id vt sustinere queant) maximopere tamen admonendi sunt Christiani omnes vt bonis à Deo concessis non ad iactantiam, non ad voluptatem, sed tantum ad necessitatem vtantur.

Matth. 9.

Matth. 4.

Philosophos reliquisse diuitias qui intelligendum.

Hieron.

Apost. 4.

Est ante aduētum Christi etiam quidam sancti Patres diuitijs abundasse leguntur, tamen postquam per Christum iam nobis cęlestis patrię inastimabiles diuitię promissę sunt, & cęlum iam patefactum omnino stultissimum est temporarijs auarę conquirendis diuitijs nauare operam. Qui enim ijs inhiant, vix fidem adhibere videntur pollicitationibus Christi. Si enim credunt non habere nos hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirere, cur opes tanto studio corradunt? cur non potius necessarijs rebus contenti sunt? Sed volunt scilicet prouidere prolibus suis. O si illis bene prouidere volūt, contemnendarum potius quā accumulandarum opum eis exemplum relinquant. Audiant Christum dicentem. *Nolite solliciti esse in crastinum.* Multi proles suas diuites facere voluerunt, sed interim & seiplos & proles traxerunt in tartara, vbi summa rerū omniū penuria est. *Verissimè* namq; dicit Apostolus. *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quę mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.* Vnde etiam idem statim pręmiserat. *Habentes autem alimenta & quibus tegamur, hu contenti simus.* Quod si omnino volunt & sibi & prolibus suis bene consulere, sequantur eiusdem Apostoli consilium ita scribentis Timothęo: *Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sperare, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facillè tribuere, communi- care, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Et tamen etiam cum diuitijs suis bene vsi fuerint, sciant beatiore eos esse, qui cum Apostolis dicere possunt Christo: *Ecce nos propter te reliquimus omnia.* Nisi enim id ita se haberet, frustra Dominus Iesus diuiti illi adolescenti præcepta Domini etiam inter diuitias obseruanti dixisset, vt si quidem perfectus esse veller, irat & venderet omnia sua, & daret pauperibus, & sic pauperem Christum ipse quoque pauper sequeretur. Et ne quis putet nihil obesse diuitias, attendat hunc ipsum adolescentem hac Domini adhortatione vsque adeo animo deiectum esse, vt abiret tristis: siquidē multas habebat possessiones, quę eius animam tanto sibi amore deuinxerant, vt Christi, id est, ipsius filij Dei sectatorem & comitem, quo illi nihil poterat contingere felicius se præstare non posset. Itaque non ignorans Filius Dei ægre diuitias sine multis vitijs possideri, vitam egit pauperrimam, non vt sibi, sed nobis suo exemplo consuleret: & quos in suam asciiuit disciplinam itidem pauperes esse, nihilq; proprij habere voluit: atque interim etiam terribilibus quibusdam sententijs cōtra diuites vsus est, vt est illa, *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnū calorū.* Et: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quā diuitem intrare in regnū calorū.* Item illa: *Va vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.* Cuius simile quiddam legitur in Amos propheta: *Va vobis qui opulenti estis in Sion.* Et quia Apostoli spreis facultatibus Christi paupertatem imitabantur, rectè dicit Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia & securi sumus te pauperem pauperes, nudi nudum: quamquam non de sola paupertate, sed etiā cęteris virtutibus Christi quas Apostoli in se exprimere nitebantur, hæc verba accipienda sunt. Quid ergo erit nobis? id est, quid propterea gratiæ ac beneficij præstabis nobis? Hęc percōratio non nihil imperfectionis præ se ferre videtur. Et reuera Apostolos*

Diuitijs qui-
nam vren-
dum sit.

Heb. 13.

Prohibus de
quibus pro-
uidendū sit.

Math. 6.

1. Tim. 6.

Ibidem.

Math. 19.

Math. 19.

Lucę 18.

Paupertatem
cur adeo
Christus de-
legerit ali-
jsq; contu-
lucit.

Math. 19.

Lucę 19.

Marc. 10.

Lucę 6.

Amos 6.

VI
22

Apostolis ante Spiritus sancti aduentum non nihil imperfectio- nis inhæsit. Mercenarium semorū Christi quātus hodie sit numerus.

ante Domini mortem & aliquamdiu postea non omnino perfectos fuisse certum est. Non debebat Petrus exigere primum, nam id mercenarium est: sed amore liberali seruire Christo. Multos hodie mercenarios inuenire est etiam inter illos, qui alioqui piè & honestè viuere videntur: quorum tamen admodum obliquus & impurus est amor: quandoquidem in omnibus quæ rectè faciunt ferè semper ad seipos reflectuntur, & quandiu gratia sensibilis aut consolationes arident, libenter seruiunt Christo: At ubi gratia non nihil se abscondit, & ipsi quibusdam aduersis casibus aut tentationibus & molestijs diuexantur, facilè Christo nuncium remittunt. Non enim amant neque spectant purè Christum, sed seipos tameri id ipsi non putent. Vitium istud communissimum est, & paucos inuenies, qui puro amore semper ferantur in dilectum Deum. Et licet plerique sentiant multum se affici erga Deum, ac tamen fieri potest vt amor ille non nisi naturalis sit, non autem gratuitus, atque ideo nec meritorius quidem.

Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Hæc verba quibus Dominus ait, vos qui secuti estis me in regeneratione &c. accipitem habent significationem, propter variam distinctionem. Diuus Hilarius ita distinguit. Vos qui secuti estis me in regeneratione, & exponit, id est, in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione. Sed Diuus Hieronymus hæc verba, in regeneratione, necit consequentibus, cui astipulatur etiam D. Augustinus libro de ciuitate Dei, & Diuus Chrysostomus, & Gregorius, & alij quidam. Istæ enim sententia rector est. Absit enim vt qui baptisma & fidem Christi consecuti sunt, omnes cum eo iudicari credantur. Nam innumeri licet baptizati fuerint & crediderint, tamen quia fidem bonis operibus non sunt prosequuti, neque seruaerunt ea quæ Christo in baptismo polliciti fuere, iam apud inferos dire puniuntur. Sed non indifferenter cunctis credentibus, etiam illis qui rectè vixerint dictum putandum est, quod eam cuius Christus hic meminit, iudiciariam potestatem sint habituri in extremo iudicij die: quandoquidem ea solis perfectis & Apostolicis viris promittitur, qui etiam multorum electorum iustitiam transcenderint: quos hic Dominus sub Apostolorum duodenario tanquam perfecto numero vult intelligi: quemadmodum etiam ubi consequenter duodecim tribus Israel commemorat, non Iudæos tantum, sed etiam vniuersitatem humani generis designat. Vides hic quantam gloriam sibi parant, qui Christum perfectè sequuntur. Rectè nimirum ait Sapiens quidam: *Gloria magna est sequi Dominum.* Tales enim non solum impios omnes, sed etiam electos multos iudicabunt: atque insuper incomparabili in oculis gloria & beatitudine supra multos alios perfruentur. Sed nemo sese decipiat, vt tū se putet sequutū esse Saluatorem, cum eum credit morte sua peccata nostra sufficeret, frustra Saluator noster tot nobis virtutes alias in se imitandas proposuisset, frustra charitatem, frustra humilitatem, frustra mansuetudinem.

Milarius.

Hieronym.
Augustin.
Chrysostom.
Gregorius.

Gloria quæ
ta sit sequi
Dominum.
Eccle. 17.

VI
22

suavitudinem, patientiam, iustitiam, misericordiam, aliasque innumeras virtutes tanto opere nobis commendasset: frustra denique dixisset Apostolis iam iamque in celum ascensurus. Eantes docere omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos non credere duntaxat, sed etiam servare omnia quaecumque mandavi vobis. Quod utinam diligenter perpenderent Evangelici nostrorum temporum, qui primo quidem & maxime seipso, deinde miseram plebeculam miserè evertunt, solam fidem eis usque ad nauseam ingerentes, ceteris virtutibus tanquam superfluis aut neglectis, aut reiectis. O stulti & miseri quem fallitis? Num semper victuri estis? An non brevi velitis nolitis rapiendi estis ad tribunal æquissimi iudicis, qui unicuique reddet secundum opera illius? Stulti cur non flammæ tartaræ vos perterrent ut tandem desinatis evertere ac perdere animas tum vestras, tum aliorum, quas Christus Iesus redemit sanguine suo? Sed his omissis, exponamus verba Salvatoris, quæ iam commemoravimus. Ait ergo: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, qui virtutum mearum perfectionem imitati estis, non contenti languere circa cõmunia, & quæ ad salutem necessaria sunt, nec solum præcepta, sed etiam consilia mea executi estis, in regeneratione, id est, ubi mortalia hæc corpora è terræ pulvere excitata immortalitate donabuntur atque in meliorem conditionem transferentur, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, quod erit in extremo die, quando unicuique restituet pro meritis singulorum, sedebitis & vos super sedes duodecim, id est, locis præcipuis, iudicantes duodecim tribus Israel, imò etiam iudicandos omnes. Hic enim uterque numerus duodenarius, sicut iam dictum est, non ad Apostolos, neque ad Iudæos tantum, sed ad perfectos & iudicandos omnes referri debet: quanquam potest & de Apostolis intelligi & Iudæis, ut propterea Iudæos Apostoli iudicaturi sint, quod ipsi credentibus, Iudæi per plures credere noluerint. Sed quia multos illic iudicatuos ex scripturis colligitur, dicamus ex sententia Theologorum, quomodo singuli iudicaturi sunt. Iudicabit primum tota Trinitas unus Deus, per autoritatè: iudicabit Christus quatenus homo per executionem. Unde dicitur: *Pater non iudicabit quemquam, sed iudicium omne dedit Filio.* Iudicabunt Apostoli & viri perfecti per assessoriam dignitatem: ceteri electi per approbationem minus mali per comparationem, quem admodum regina Saba, Ninivita, Sodomitæ, Iudæos in sua malitia obstinatos iudicaturi dicuntur?

Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Quid hic dicturi sunt nostrorum temporum Epicurei hæretici, qui non putant rectè factis à Deo mercedem restitui, neque ijs vitam nos æternam mereri posse? Nõne hic manifestè promittit Deus sua relinquentibus centuplum & vitam æternam? Sed nimirum Lutherus eiusque Apostoli & Evangelistæ quandoquidem vulgi animos sibi conciliare volebant, quicquid carni & veteri hominì molestum est non solum non consuler, sed etiam

Math. 23.

Lutherani Evangelici quamnam alios doceant.

Psal. 61. Apocal. 22.

Iudicium extremum per quosdam futurum. Ioan. 9.

Matth. 12. Marc. 10. Luc. 11.

Opera bona hic approbati à Christo.

Lutheranorum hæreticorum intentio cu-



Iusmodi sit
ia concioni-
bus & ope-
ribus carnis.

1. Timot. 1.
Matth. 12.
Lucæ 6.

Lutheranorū
merces post
hanc vitam
qualis.

Amor diui-
tiarum quā
comedias
vincatur.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Lucæ 11.
Facultatibus
terrenis quo-
modo uten-
dum.

Lucæ 16.

tanquam superuacaneum, imo & supersticiosum ac impium damnare debere, ut tanto facilius in omnium gratiam sese insinuarent. Neque sanè hic eorum conatus eis, ut ipsi volunt infeliciter cecidit. Nam tanto plures sibi adiungere, quanto magis fauere carnis desiderijs, magisq; ijs repugnantijs rejicere visi sunt. Sed vos dilectissimi aliter instituti estis. Nostis enim omnes veteris & noui testamenti paginas bona opera commendare, ijsq; prænitiā polliceri: nec mouere vos debet si homines voluptatum amatores magis quàm Dei quicquid virtutis est damnent, quæ autem vitia fouent, laudibus vehant. *Ex abundantia enim cordis os loquitur, & quæ cuique cordi sunt aut displicent ea libenter aut laudare aut vituperare solet.* Interim habeant ipsi quicquid carni liber, quicquid sensibus plausibile est: veniet, veniet ille dies, quando non nisi quicquid maxime nolent in omnem æternitatem sine vlla misericordia patientur. Breuis voluptas, in qua se modo efferunt, vertetur in æternam amaritudinem, & inimici crucis Christi non nisi acerbissimos eosq; semper mansuros sentient cruciatus. Verum nos Christi potius quàm illorum distis fidem adhibeamus. Ait enim: Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores &c. quibus verbis non modò ad facultatum, sed etiam consanguineorum contemptum nos prouocat. Quod si quis dicat, non obesse isthæc cuiquam, si non sit affectus illigatus, respondendum est, affectum egerimè vinci posse, quamdiu hæc retinentur. Namque diuitiarum appetitio vel amor non tam multa possidendo, quàm cuncta desiderando vincitur. Esto fuerint nonnulli, qui multa sine vlllo affectu possiderint, sed ediuerso innumerabiles sunt, qui habendi cupiditatem ex rebus possessis, licet non ita multis contraxerint, ac deinde cupiditate acquirendi plura inflammati, nullis quantumuis largis opibus exatiari quiverint. Nihil itaque consultius rerum labentium amorem penitus extirpare volenti, quam labentia cuncta despiciere ac relinquere. Nam si quis id assequi se posse putet opes cumulando, is sanè nihil aliud molitur, quàm incendium oleo infuso extinguere. Verùm ut ita cuncta deserantur. Dominus humanæ infirmitati compatiens, noluit esse in præcepto, nisi fortè ex aliqua certa ratione, sed tantum in consilio. Atque ea ex causa non dixit diuiti illi adolescenti. Volo ut simpliciter relinquant omnia: sed adiunxit conditionis particulam. Si vis perfectus esse. Impedit igitur perfectionem possessio facultatum: & tamen pijsimus Saluator non exigit earum renuntiationem sub præcepto, contentus videlicet indicasse hominibus, quid tutius, quid perfectius, quid Deo gratius sit. Quod si cui non placet quod perfectum est sectari (neque enim omnium est ea animi fortitudo ut possint) malitq; res suas seruare sibi, non peccat utiq;: tamen semper sit memor illius admonitionis Apostolicæ: *Præterit figura huius mundi.* Reliquum est, ut qui emunt sint tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, & quod ipse Christus ait. *Quod superest, date elemosynam: & omnia mundi sunt vobis.* Hoc est, ut paucis multa complectamur, facultatibus suis vtatur religiosè, benignè, modestè, ut se meminerit in hoc mundo peregrinū, patriamq; inquirere debere: sit item liberalis in pauperes & faciat sibi amicos de mammona iniquitatis. Nam plerisque propterea Deus mundi huius bona tribuit, ut beneficentia in pauperes Dei gratiam emereantur: & certe

certè non defunt exempla quorundam, qui rebus quidem locupletes fuerint, sed tanta eas liberalitate tum in seruatorum Dei, tum pauperum vsu largiti sint, vt aliena potius quam sua distribuisse videantur. Qui verò iam opibus abundant, & tamen non desinunt res augere suas, illi reuera multis se periculis exponunt: nec facillè potest fieri, vt vnquam vera pectoris pace gaudeant, quandoquidem curis & sollicitudinibus innumeris distrahantur ac discerpuntur, quibus etiam si quid habent gratiæ vel charitatis, facillè prafocatur. Nota est enim illa parabola Domini Saluatoris de seminante semen suum quam ipse exponens, ait, semen quod inter spinas cecidit, eos significare qui verbum Dei audiunt quidem, sed sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Sed ne simus prolixi nimium, iam omittis istis videamus quid sibi velit Dominus ijs verbis, quibus ait: qui reliquerit fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios propter nomen meum. Quæ quidem non parum austeram videntur, maximè animis infirmis, quibus durum nimis est auelli à carne & sanguine. Atque eam ob rem piissimus Saluator non hic se uero vsus est præcepto, sed tamen præmium grande proposuit, si quis hac in parte vincere sese velit. Verissimum est enim quod Diuus Gregorius ait: affectus carnales intentionem mentis diuerberare, eiusquæ obscurare aciem. Fit sæpe numero, vt vel parentes, vel fratres, aut sorores, aut ceteri cognati si quem viderint à suis spernere quæ mundi sunt, & vni Deo vacare, mentis puritati nauare operam, & præsentibus contemptis bonis, futura inquirere, totis nervis in id incumbant, vt eum à tam salutari conatu reuocent, & ad mundi amorem ac studium illiciant. Sed hac in parte contemnendi prorsus sunt etiam sub præcepto, hætenus scilicet, ne propter eos recedamus à voluntate Dei præcepto nos obligante. Quandoquæ verò non nos retrahere industria moluntur à bono, sed inordinato quodam ac sensuali non tamen præceptis Dei contrario eis amore afficimur, ita vt libeat nobis semper adesse eis, & ægrè diuellamur ab eis, tamen si sentimus impediri nos à melioribus bonis.

Hic igitur consilij est relictis illis, ad Christum crucifixum confugere, & eius amore, qui propter nos omni consolatione destitutus, miser ac miserabilis in cruce animam fudit, eiusmodi carnales affectus salubriter mortificare. Quod vt libentius faceremus, Christus liberalissimus remunerator etiam centuplum in præsentibus, & vitam æternam in futuro seculo nobis promittere dignatus est. Et alibi ipse ait: Nolite arbitrari quia pacem venimus mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nuncium aduersus fratrem suum: & inimici hominis, domestici eius: vt intelligamus libenter nos contemnere debere licet consanguineos & cognatos, quando salutem nostram ipsi sæpè præcipuè aduersantur, atque ob id nobis maximè sunt inimici. Quod autem Dominus dicit, centuplum accipiet, intelligendum est de internis charismatibus, quæ Deus benignissimus copiosissimè largiri solet cunctis istius mundi visibilibus contemnentibus: quibus sæpè tanta præstantur à Deo, vt si cuncta mundi huius bona in vnum consentur, nulla tamen ratione cum ijs conferri possint. Sed hæc homines sensibus dediti neque intelligunt neque

Opes augere quam sit periculo sum.

Lucæ 8.

Matth. 13.
Marc. 4.

Matth. 16.

Amor parentum & cognatorum quoniam vincendus.
Gregorius.

Amor parentum quid male ingerat.

Matth. 10.
Lucæ 11.

Quanta Deus retribuatur propter ipsum omnia relinquentibus carnalibus.

dd que

VI
22

Mal. 4.

que percipiunt, ideoque in has externas plane viles rerum sensibilibus voluptates sese effundunt. Denique addit Dominus: Et vitam eternam possidebit. O stulti filij hominum vsquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Si veram felicitatem expetitis, ecce vita eterna vobis hic promittitur. Iam accurrite, facite quod hortatur ipse qui est vita eterna, & vere felices eritis.

SERMO IN EODEM FESTO.

De sancti Pauli conuersione plane miraculosa, atque diuina: quomodoque nos à vitijs ad Dominum conuerti debeamus, & quam ad veram conuersionem pertineant.

Act. 9.

Gal. 3. Conuersio S. Pauli quam visis fuerit Ecclesie.

Surgens autem Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat. Ad manu autem illius trahentes, introduxerunt Damascum Act. IX. Non otiosum est illi, quod præter morem, Ecclesia vnus Apostoli Pauli (qui quidem vnus Apostolus fuit, non minus habens, nec minus, sed forsasse multo plus in Ecclesia laborans cæteris Apostolis quamuis ex Apostolorum numero nõ fuerit denario) conuersionem ducit festiuam. Fuit enim reuera vas electionis qui Iesu nomen coram gentibus & regibus portauit. Accepit euangeliũ, quod prædicauit, non ab homine, nec ab homine didicit, sed per reuelationem à Deo. Vtilissima igitur supra omnem modũ Sauli huius (ita enim ante conuersionem vocabatur) conuersio Ecclesie fuit. Fuit quoque diuinæ bonitatis, & sapientiæ mirabiliter ostensiuæ. Fuit præterea misericordiz eius in eum, quod dedita opera erat in studio actusque Ecclesiam persequendi constitutus, suauiter declaratiua. Postremo, fuit nobis omnibus ponendi forma exemplaris, atque ad Deum perfecte nos conuertendi regula. Gaudet quoque de eius conuersione ecclesia. Siquidem magnus Ecclesie hostis & persecutor, cuius tantus est in amicum & in Apostolum Iesu Christi. Non tantum nocuit Ecclesie (tametsi vehementer aduersaretur) persecutor, quantum conuersus postea profuit pijsimus prædicator. Persequeretur autem Dei Ecclesiam in incredulitate zelator legis, quam per Christi fidem prorsus relinquit, & perire metuebat. Erat enim de illis, de quibus Dominus dicit: Veniet hora, vt omni qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare Deo. Putabat itaque Paulus bene se agere si tutaretur legem, cuius seruandæ propugnandæque gratia, omnia destrueret contraria, cuiusmodi secta erat Christianorum. Quæ ubi intulisset, de lege & gente Iudæorum actum esse sentiebat. Hanc igitur quantum valuit persequens exterminare moliebatur. Verum tamen, quia vir fuit bonus & zelosus, & per ignorantiam peccabat, propterea quod credebat se ad hanc obligari defensionem & zelum legis, misericordiam (quod ipse quoque faretur) à Domino consecutus est. Neque enim tam grande eius fuit peccatum, quam phariseorum & tyrannorum quorundam, qui Christi fidem ex malitia & odio persecuti sunt non amore zeloue legis, quam ne ipsi quidem obseruabant. Et hæc de eius conuersatione, quam ante conuersionem habuit dicta sint. Deinde cuiusmodi in conuersione, & post conuersionem fuerit dicendum. In itinere erat ad Damascum, in voluntate ac studio malo, ad persequendos Christianos constitutus. Quare dicendum, Pauli conuersionem, fuisse potentem, miraculosam ac plane diuinam. Siquidem con-

Ioan. 16.

1. Tim. 1.

Ibidem.

Conuersio S. Pauli vii fuerit potens.

circumfulsit illum lux de caelo, quae terruit atque mutauit de impio faciens pi-
 um, de superbo humilem, de minaci atque crudeli lupo, mansuetum agnum.
 Vide enim quam cito fuit mutatus & conuersus ex persecutore dicens: Do-
 mine quid me vis facere? Circumfulserat enim illum lux de caelo, audie-
 ratque vocem sibi dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? Illustraba-
 tur caelesti fulgore vel à foris, intus adhuc luminis incapax. Verè deprehē-
 sus est Saulus. Non est dissimulandi locus, non est vlla facultas negandi. In
 manibus sunt literæ crudelissimæ legationis, autoritatis execranda, pote-
 statis iniuræ. Quis, oro, innocentum non formidaret istius persecutoris a-
 nimositatem? Quis furenti, liganti, trahenti, percutienti non expauesceret
 obuiare Saulo? Proh dolor adhuc aspersum sanguinem protomartyris
 Stephani gestabat in vestibus, adhuc sanctum lambebat cruorem, & tamen
 adhuc stitabat. Tenuerat lapidantium vestimenta, saxa porregerat omni-
 um quo manibus lapidauerat, & nihilominus sceleribus istis grauiora adde-
 re peccata durabat. Talia porro illo agente plurimè molienti multo execra-
 bilia, ingenti lumine persusus affuit Dominus Iesus, vocaque conanti illum
 affatus est dicens: Quid agis Saule? Cur sanctis meis necem adeo crudeliter
 intencas? Ve quid nomen meum diuinum conaris extinguere? Desine oro
 parare eiusmodi. Sufficiat tibi quod hæctenus pertinaciter nimie peregi-
 sti. Exue te lupe, & agni formam induere. Verum hæc paucis de S. Pauli A-
 postoli conuersione plus satis superba & erudeli, conuersioneque plane om-
 ni admiratione digna, egisse sufficiat. At quomodo omnis Christi cetero
 nostra est instructio, ita etiam ex sanctorum vita, gestis conuenit sugere sem-
 per aliquid quod in nostram trahamus instructionem. Quare operæ precii
 duximus hic paulò fufius tractare de vera conuersione cuiusque veri Chri-
 stiani hominis, quænam videlicet ea esse fieri debet, quamque sit ad sa-
 lutem (quandoquidem omnes declinauerunt, nec est qui faciat bonum) neces-
 saria, iuxta illud Sapientis cuiusdam: *Ne tardas conuerti ad Dominum, & ne des-
 seras de die in diem. Subito enim ueniet iras illius, & in tempore vindictæ disperdet te.*
 Cum igitur nihil sit homini formidandum magis, quam vel momentum unum
 viuere extra gratiam & in ira Dei, nihil vsque adeo admiratione plenum est,
 quam audere quem quæ consentire in quodcumque peccatum mortiferum, quale
 quale illud sit. Id enim certissimè priuat hominem gratia & charitate Dei, &
 efficit inimicum Dei, Deoque odibilem, & dignum cruciatibus sempiternis in-
 ferorum. Et tamen quoruscumque hodie est mortalium, qui vel alicuius pensi
 habeat violare legem Dei, cuius transgressio peccatum constituit, quoruscumque
 est, qui non ita licenter ac intemperanter quibuslibet passim vitijs ac secleri-
 bus sese implicet & obstringat, ac si non modo nulla constituta supplicia,
 sed magna etiam præmia flagitijs proposita sint: Videri hoc omnipotens,
 magnus tremendus & iustus Deus, videt ab toto ferme hominum genere
 tam impudenter, tam indignè contemni se ac negligi, & tacet: imo etiam
 sepe multa sunt euenire prospera impijs ac peccatoribus. Sed audiant isti
 Apostolum dicentem: *An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitas
 contemnu? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secun-
 dum autem duritiam tuam, & impenitentem cor, rebusaurizas tibi iram in die ira
 & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius.*

mira culor
ac diuina.
Act. 9.

Bernardus.

Act. 7.

Gregorius.

Psalm. 11.

Eccle. 5.

Roman. 2.

1. Cor. 13.

Apoc. 22.

dd 2 Audiant

VI
22

Audiant item & diligenter animaduvertant eam quam superius commemorauimus Ecclesiastici sententiam: *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: Subito enim ueniet ira illius: & in tempore vindictæ disperdet te.* Torus iam mundus per præceptum ruit in uicia, & timor Dei nullus est in hominibus. Editur, bibitur, luditur, garritur, flagitia alia super alia admittuntur. Et reuera iam dies mali sunt. Quis unquam credidisset populum Christianum tot, tamque eximijs Dei beneficijs affectum ad tantam Dei obliuionem, incuriam & contemptum deuolutum iri? Extiterunt quidē nostris temporibus, qui se Euangelicos iactitent, & corruptos Ecclesiæ mores reformare se uelle polliceantur, sed si rem penitus inspicias, nihil aliud quæ seipos, suam carnem, suas voluptates, sua oblectamenta quærent: homines corrupti mente & reprobi circa fidem: quorum Deus uenter est, qui uerba sapientia sapiunt, animales, spiritum non habentes, sine affectione, sine fide, sine pace, voluptatum amatores magis quam Dei: qui dicunt hominibus impie agentibus, pax pax, cum tamen uerissimè scriptura dicat, non esse pacem impijs. Non ergo reformare in melius, sed bonos etiam mores potius corrumpere, & omnia humana ac diuina miscere conantur. Itam uerbis præcipit pietas, dominatur iniquitas, Deus summè uerèdus contemnitur & quicumque minetur gehennam solo auditu nimis terribilem, tamen non est qui faciat bonum. Adeo nunc omnes declinauerunt non à malo ad bonum, sed à bono ad malum, à iustitia ad iniquitatem, à uirtute ad uitiu. Et quod acrius dolendum est, etiam illi qui miseræ ac rudi plebeculæ bene ac beatè uiuendi exempla præferre deberent, magis hi simul confregit iugum, ruperunt uincula. *Incrassati sunt & impinguiti, & præterierunt sermone Dei pessimè: & non dixerunt in corde suo. Metuamus Dominum Deum nostrum.* O uerè dolendam humani generis, maximè plebis Christianæ, quam Princeps Apostolorum genus electum, regale sacerdotium, populum acquisitionis appellat, conditionem. O miserandam & expauendam humanorum pectorum duritiam & excruciationem. Itaque Spiritus sanctus, cui in diuinis personis propriè tribuitur charitas, uehementissimè sciens hominum errantium salutem & conuersionem, utilissimum & efficacissimum ualde hodie nobis perfectæ conuersionis in sancta Ecclesia proponit exemplum, quo possint quantumuis scelesti peccatores moueri ad agendum penitentiam. Ipsa enim Sancti Spiritus instinctu effectum est, ut hodie beatissimi Apostoli conuersionem celebremus, in quo sicut immanis iniquitas & fera crudelitas, ita nihilominus inestimabilis abundauit gratia, & singularis misericordia Christi. Ibat animo frendens & furibundus ad uinctos etiam ex longinquis regionibus pertrahendos Christicolas Hierusalem ad principes sacerdotum, hoc est, Christum Dominum in membris eius crucifigere, trucidare, extinguere moliebatur: & in ipso itinere diuinitus correctus conuersus ad eum promptissimè & perfectissimè conuertit, quem crudelissimè persequabatur. Non igitur patiamur charissimi tantum exemplum frustra nobis propositum: sed respicamus etiam nos & conuertamur ad Dominum. *Eccene nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: non permutamus tantam Deum nobis conciliandi præterfluere oportunitatem.* Audiamus non corporis tantum, sed & cordis auribus admonitionem Spiritus sancti, quam in

Eccle. 5.

Mundus quibusdam uitijs modo seruiat
Ephes. 5.

Lutherani Evangelici quibus medijs reformantur Christianorum mores.

1. Timot. 6.
2. Timot. 3.
Philip. 3.
Iudæ. 1.
2. Timot. 3.
Hierem. 6.
Esaiæ 48.
1. Corin. 15.
Moth. 4.
Roman. 3.
Ephes. 13. 12.Hierem. 2.
Deut. 1.
Hierem. 5.

1. Pet. 2.

Gratia Spiritus sancti quanta conuersione Pauli Apostoli claruit.

Ioel. 2.

1. Cor. 6.

VI
22

initio ex Ecclesiastico recitavi, hanc videlicet: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Iam aedem conuertamur omnes, profitemur cum Apostolo in iniquitatibus nostris, & resurgamus cum eodem in vitæ nouitate. Quid prodest obsecro hæere in vitijs? quid prodest voluptatibus & vanitatibus tempora non nisi agendæ pœnitentiæ indulta miserabiliter transigere? Et si quædam est in vitijs voluptas & delectatio, tamen præterquam quod illicita & pernitiōsa est, etiam celerrimè fugit, hominemquæ prorsus miserum relinquit, in Deo autem Optimo Maximo non modo summa & infinita, sed eadem etiam stabilis, casta, firma, honestissima ac suauissima delectatio est. *Quam magna* inquit Propheta, *multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti iumentibus te.* Ad ipsum ergo totius vitæ voluptatis & delectationis fontem inexhaustum dilectissimi toto corde conuertamur. Quod si quis scire cupiat, qua ratione se debeat conuertere, id iam explicabimus. Omnipotens Deus, Rex & Pater noster ex immenso amore certas quasdam nobis præfixit leges omnino rationabiles & quæ non excedunt vires nostras diuinæ gratiæ, quæ nulli petenti denegatur, ope subnixas, quas si seruenimus, æternam nobis pollicetur beatitudinem: si violamus, supplicia minatur æquæ æterna. Sciebat enim duabus potissimum rebus ad aliquid adduci homines siue fugiendum, siue appetendum, puta vel amore voluptatis, vel timore pœnarum. Ne igitur aut temporarijs delectationibus illecti, aut vitæ huius cruciamentis perterriti à legum illius obseruatione discederemus, ediuerso æternas delectationes promittere, & nunquam finienda supplicia minari dignatus est. Ceterum vbi quis aut propriæ carnis infirmitate, aut mundi vanitate, aut diaboli insidijs eo perducitur, vt plus moueatur aut bonis aut malis temporalibus quam æternis, malique transgredi legem & præcepta Dei, quam vel bonis istis carere, vel malis affici, is iam misere auertitur à Deo, summo & vero bono, caducis & vana ac prope nulla, & quorum finis mors est, infelix & insanus præferre non erubescit æterni Patris amoris & honori, summoquæ cum dedecore & ignominia contra natalium suorum dignitatem ac nobilitatem per amorem inordinatum his infimis rebus sese subiicit, quibus tamen omnibus, à Deo prælati sunt. Et quia ex ipso peccati demerito spiritali gustu intus priuatur, totum se in præsentis rerum labentium voluptates cupiditatesquæ demergit, tanquam vento sese exatiare querens, cum tamen nec corpus voluptate nec cor cupiditate satietur. Huic tali si vnquam seruari debeat, conuersio necessaria est. Auersus est à Deo, id est, à vera vita, vera felicitate, vera voluptate, & in creaturas defluxit, quarum amor immoderatus non nisi mortem, miseriam, cruciatum adducit. Neceesse est igitur, vt relictis creaturis, reuertatur ad creatorem. Sed non tam facilis est conuersio, quam fuit propensa auersio: eorum autem difficillima est conuersio, qui prauæ consuetudinis mole deprimuntur. Sunt enim in peccatis gradus quidam. Alij peccant solo cogitationis consensu, alij operis perpetratione, alij iniqua consuetudine, alij contemptu. Impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Hi posteriores duo ægerrimè conuertuntur. Et tamen nisi conuertantur, nulla eis salutis spes reliqua esse potest. Quid igitur agendum est tum ijs, tum alijs conuerti volentibus? Principio quidem con-

Eccle. 5.

Rom. 6.

Psalm. 90.

Bis: ritum homines attrahi siue ad bonum siue ad malum.

Conuersio vera cuiusmodi necessaria sit.

Conuersio quibusdam difficilis sit. Gradus in peccatis quod dicitur esse. Prouerb. 1.

Conuertete

dd 3 fugien-

se volens ad Deum quid sperare debeat.

fugiendum est ad implorandum auxilium & misericordiam Dei. Nam absque gratia caelesti nemo vnquam verè conuersus est. Hoc inuocato auxilio, magno & firmo animo secum constituere valefacere omnibus quibus offendatur Deus, & libenter amplecti & aggredi ea, quibus eius gratiam sibi conciliare queant. Sed hic principio labor & dolor sentietur, atque tanto molestior, quanto diutius vitijs inseruitum est: Itaque sapius animo frangi, ac nonnunquam relabi continget ijs qui non satis forti & constanti animo sunt. Verum etsi interdum labi contingat, non tamen desperabunt, sed rursus ad Christi poscendam opem, suumque renouandum propositum & conatum sese conuertent. Non deerit misericordia Christi viriliter decertantibus: imo verè etiam pro sua benignitate tentationes & impugnationes aduersæ partis mitigabit, ac temperabit, & sicut Apostolus dicit, non patietur eos tentari supra id quod poterunt, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possint sustinere. Cæterum vt recto quodam ordine in sua ad Deum conuersione vtantur (ordo enim vbique maximè seruandus est vt pote sine quo nullum virtutis exercitium potest aut laudabile, aut frugiferum, aut diuturnum esse) septem quædam hic proponemus, in quibus sese exercitare debebunt. Quod si fecerint, nihil eorum omisisse videbuntur, quæ ad veram conuersionem pertineant. Primo quidem peccata sua præterita ad memoriam reuocare studebunt. Hoc maximè necessarium est. Hic tamen obseruandum est, vt ne nimiam faciant moram in illis recogitandis peccatis quæ adiunctam habent sædam delectationem, cuiusmodi sunt peccata venerea. Alio qui fieri poterit vt memoria talium immoderata cogitatione refricata praua excite desideria, quibus animus inflammatus, rursus in eadem prolabatur. In hac peccatorum commemoratione profundissima est adhibenda humilitas, qua in tantum sese abijciant coram Deo, vt se omnium indignissimos ex animo fateantur: quæ humilitas quanto fuerit demissior, tanto facilius veniam apud Deum & gratiam impetrabit. Secundo amarum de admissis peccatis cordis contritionem & dolorem assument. Magna res est vera contritio. Solent stulti homines quandam sibi in peccatis suis impunitatem polliceri, atque ita secum cogitare: Quid necesse est, vt dum adhuc ætas viget, voluptatibus renunciemus? Licet in ipso mortis articulo impetrare veniam. Et interim proponunt sibi latronem, qui in cruce veniam meruit: itemque nonnullos alios, qui in extremis gratiam adepti sunt. Sed si attendere vellent quam pauci benemoriantur, qui dum incolumes sunt, Deum ac salutem suam negligunt: deinde etiam quam non sit in nostro arbitrio situm, vt nos peccasse verè doleamus, non tam miserè sibi ipsis imponerent. Esto interim multis qui semper improbè vixerint, tantum concedatur vitæ spatium, vt ante obitum confiteantur, & sacramentis ecclesiæ muniantur, num propterea certum est eos bene obiisse? Bene moritur, quisquis verè dolet vnquam se peccasse. Sed hic dolor non est sine charitate. Caritas autem præcipuum Dei donum est, quod raro præstat sero pœnitentibus. Ergo dum adhuc vita incolumis est hanc veræ contritionis gratiam lachrymis, precibus, votis ac suspirijs à Deo petamus. Eius enim donum est, quanquam etiam multa sunt, quæ diligenter considerata animos nostros eo permouere queant, vt nos

peccat-

1. Cor. 10.

In conuersione ad Deum septem quædam seruanda sunt.

Humilitas quænam Deum facilius reconciliet.

Lucæ 13.

Quisnam bene moritur.

Contritio vera quam sit præcellens donum Dei.

peccasse peniteat, de quibus iam nimis prolixum foret latius agere. Hoc paucis dici potest veram contritionem tantam habere vim & efficaciam, ut etiam facile peccata simul omnia penamque delere possit atqui nihilominus confessio semper facienda est, ut etiam Ecclesie iudicio satisfiat.

Tertio igitur peccata sua fideliter, humiliter & integrè confitebuntur. In confessione omnia mundantur. Non frustra Deus dedit claves Ecclesie suae, quibus voluit caelum patere poenitentibus & peccata sua integrè confitentibus. Sed iam quidam existunt, qui putent peccatorum licet mortalium enumerationem non esse necessariam. Sed quo spiritu hac dicunt? Sui videlicet. Homines stulti & scioli volunt opiniones ex suo parum sano natas cerebro totius Ecclesie iudicio anteferri, valeant deliri sibi cum somnijs suis. Norunt Christi fideles vel propria edocti experientia, quantum pectoris pacem adferat, vera ac pura confessio. Necessaria planè etiam ipsa est ad veram conversionem & quam pauci hodie bene confitentur imò quam pauci bene confiteri norunt. Qui confessiones recipiunt, quandoque ita sunt rudes aut negligentes, ut de eis verissimè dici possit illud Saluatoris: Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Quidam etiam eorum adeo sunt incurij ut penitus non curent instituire eos & examinare, quorum confessiones auscultant, etiam si animadvertant eos non rectè confiteri. Ideo sine numero ruunt hisce temporibus homines in tartara. Quamobrem qui confiteri volunt, eiusmodi sibi virum eligant, qui non minus religiosus quam doctus sit. Quarto etiam satisfactioni, quæ est tertia poenitentiae pars, operam dabunt. Id verò ita est conversioni necessarium, ut sine ea nemo rectè conuersus dici queat. Hic curandum est, ut pro ratione culparum etiam studeant satisfacere. Si multa & magna admisere peccata, maior quoque exigitur satisfactio. Nemo sibi imponat nimium sibi blandiens de diuina misericordia. Quicquid hic expiatum non erit, postea nimis dure expiabitur. Christus quidem abundè satisfecit pro nobis, sed oportet nos illius gratia & satisfactioni cooperari. Utinam hac in parte diligentius magisque serio admonerentur homines tum in priuatis confessionibus, tum concionibus publicis, ut pro peccatis suis dignos studerent poenitentiae fructus facere, & iniurias summi Dei, quas accipit ex peccatis nostris, in seipsis castigare. Sed non patitur sermonis angustia hic cuncta perstringere.

Quinto ut vehementius doleant de peccatis suis, maioremque erga Deum concipiant gratitudinem, beneficia Dei attentè considerabunt. Quis enim non acriter doleat eum se vel semel offendisse, à quo se perspicit tot tamque præclaris affectum beneficijs ut ea nec numerari nec dignè ponderari queant? Præter priuata autem beneficia, quæ innumera singulis præstantur à Deo, sunt quædam generalia, puta creationis, quo nos ex mera & summa charitate fecit ad imaginem suam, ut ipsius beatitudinis sumus participes: item incarnationis, passionis & mortis, quod solum si bene ruminetur possit ad quamuis ferrea emollienda corda sufficere: adhuc præseruationis, quo ab innumeris nos seruauit corporis & animæ malis, præsertim horrenda damnatione æterna, qua innumeri iam puniuntur, qui minus atque

Contritio
vera quantâ
habeat effi-
caciâ.

Confessio
peccatorum
quam sit ne-
cessaria.

Matth. 15.
Lucæ 6.

Confessio-
narius qualis
cuique sit se-
ligendus.

Beneficia
quanta Deus
mortalibus
conuulit.
Beneficiorum
Dei genera-
lium catalogus
quidam.
Gen. 1. 2.

Matth. 9.

nos peccauerint. Hæc aliæque stupenda Dei beneficia cum ingenti suæ ingrati-
tudinis detestatione, & diuinæ benignitatis admiratione recogitantur.
Sexto alacriter, feruenter, fideliter ac perpetim Deum laudabunt. Id planè
exigit tanta erga nos diuinæ pietatis multitudo. Et quisquis Deum creato-
rem, redemptorem, conseruatorem suum non laudat, omni bruto deterior
ac vilior est. Itaque & hoc ipsum veræ conuersioni necessarium est. Septimo
quoad poterunt ne recidant in peccata cauebunt fortiter quæ in bono perse-
uerabunt. Sola enim perseverantia coronabitur. Multi bene inchoant, sed
pauci perseverant. Non potest autem vera dici conuersio, vbi perseveran-
tia deest. Quod si quandoquæ ex infirmitate labi contingat, curent saltem ve-
lילו resurgant: & si millies ceciderint, millies resurgant nec vnquam iace-
ant in vitijs: sicquæ perseverent vsque in finem. In his septem quisquis bene
se exercitauerit, veræ conuersionis fructu non fraudabitur. Itaque dilectissi-
mi dum adhuc licet, respiscamus cum Paulo. Habeant sibi corui cras su-
um: nos hodie potius conuertamur. Habemus Patrem clementissimum in
caelis, qui nihil magis optat, quam conuersionem, salutem ac beatitudinem
nostram, Dominum nostrum Iesum Christum, cum Patre & sancto Spiritu
viuentem & regnantem in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE PURIFICATIONIS IM-
maculatæ semperque Virginis Mariæ, Lectio
Malachiæ Prophetæ, Malach. III.

Matth. 11.
Macc. 1.
Lucæ 7.
Psalm. 135.

confabit.

*H*ec dicit Dominus: Ecce ego mitto Angelum meum, & prepara-
bit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum su-
um dominator quem vos queritis, & Angelus testamenti quem
vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis po-
terit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum
eum? Ipse enim quasi ignis constans, & quasi herba sillonum. Et sedebit con-
flans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos qua-
si aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.
Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut
anni antiqui, dicit Dominus Omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

Matth. 11.

Sapient. 1.

*Q*uæ impulsus isthæc lectio hodiernæ celebritati conueniat, ita est cui-
uis perspicuum, vt id declarare nihil sit necessè. Loquitur enim per
Prophetam suum Malachiam Filius Dei: Ecce ego mitto Angelum
meum, nempe Ioannem Baptistam (ita enim hæc verba exponit ipse Salua-
tor apud Mattheum & preparabit viam ante faciem meam, adhortando
homines vt dignos agant fructus penitentiz, vt vitijs repudiat, virtuti-
bus animæ suæ domicilium decenter exornent, vt sic libeat mihi in ipsam
ingredi, in eoque commorari. Namque *in inaleuolam animam non introibit sa-
pientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*: vel sua doctrina & baptismo lu-
dæos